

Simoniacê beneficium conferrî, incurrere
 ipso facto in Ordinis, vel Beneficij suscep-
 tione Excommunicationem Papalem latę sen-
 tentię soli Summo Pontifici reservatã & in-
 habilitatem quãdam, & irregularitatem ad
 susceptionem & executionem actuum ordi-
 num. Quę omnia patent ex Scoto, in. 4.
 dist. 25. q. 1. lit. D. Et cõfirmatur per Pij. 5. Ex-
 traugantem, quę incipit: Cum primum; vbi
 Excõmunicat: Excõmunicatione Papali latę
 sententię nõ solũ Simoniacos in Ordine, & Be-
 neficio, sed etiã mediatores, & procuratores
 palãm vel occultè tã dantes, q; recipientes, &
 cõfirmat in hoc Extraugantẽ. Pau. 2. Ipsi vero
 assequuti Beneficia, sunt etiam ipso iure illis
 priuati, & insuper inhabiles ad ea, & ad om-
 nia alia obtinenda absq; aliqua declaratione
 non autẽ mediatores. Easde pœnas confirma-
 uit Sixtus. 5. in Extraugan. quam edidit cõ-
 tra malẽ promotos tã clericos seculares, quã
 regulares, declarans eos perpetuo suspen-
 sos esse ab executione & exercitio eorũdem
 ordinum susceptorũ, & ab õni spe, & faculta-
 te ascendendi ad alios superiores. Et si in eis
 celebrare presũserint, illos, sic Irregulares
 effectos õnibus & qbuscũq; obtentis, & obti-
 nendis dig